

Les doléances des Lyonnais furent entendues. Le 4 avril 1410, l'archevêque Pierre de Thurey, cardinal de Sainte-Suzanne, en qualité de légat *a latere* et de nonce apostolique, concéda des indulgences (1), et le 1^{er} septembre

(1) « Petrus, miseratione divina tituli Sancte Susanne Romane ecclesie presbiter cardinalis de Thureyo vulgariter nuncupatus, in Lugdunensi et certis aliis provinciis regni Franciæ cum plena potestate legati a latere nuncius apostolicus specialiter destinatus, universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Licet is de cujus munere venit ut sibi a suis fidelibus digne et laudabiliter serviat et habundancia pietatis sue que merita supplicunt excedit et vota bene servientibus sibi multomajora retribuit que valeant promereri; nichilominus tamen desiderantes Domino reddere populum acceptabilem et bonorum operum zellatorem, fideles ipsos ad complacendum et quasi quibus alletivis muneribus et indulgentiis, videlicet et remissionibus invitamus, ut ipsi exinde reddantur divine gracie aptiores. Cum itaque, sicut accepimus, pons Rodani civitatis Lugdunensis propter aquarum graves inundationes et impetus violentes, quos nuper sustinuit, in pluribus suis locis et archis et partibus fuerit et sit dampnificatus et ruinosus effectus, propter que reparationibus quamplurimum indiget sumptuosis; nos cupientes ut ipse pons condecenter reedificetur, et ut capella Sancti Spiritus supra dictum pontem fundata congruis honoribus frequentetur, ut ipsi Christi fideles causa devocionis confluant ad eandem, ut ad reparationem ipsius pontis manus porrigant adjutrices, quo exinde ibidem uberius dona celestis gracie conspexerint se reflectos de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum..., omnibus vere penitentibus et confessis qui in Nativitatis Domini Jesu Christi, Circumcisionis, Epiphanie, Resurrectionis, Ascensionis, Penthecostes, Corporis Christi et quinque gloriose Virginis Marie, Nativitatis beati Johannis Baptiste et beatorum Petri et Pauli apostolorum necnon Omnium Sanctorum festivitatibus et per octabas earundem festivitatum, dictam capellam devote visitaverint et ad reparationem hujusmodi manus porrexerint adjutrices, ut prefertur, quinque annos et totidem quadragenas, auctoritate nobis a sede apostolica et qua fungimur in hac parte de eis penitentiis misericorditer relaxamus. Cete-